INSCRIPTIO ROSETTANA

HIEROGLYPHICA

VEL

Interpretatio decreti Rosettani sacra lingua litterisque sacris veterum Aegyptiorum redactae partis

STUDIO

HENRICI BRUGSCH

DOCTORIS PHILOSOPHIAE SOCIETATUM ORIENTALIS GERMANICAE ET ASIATICAE PARISIENSIS SODALIS

ACCEDUNT

GLOSSARIUM ÆGYPTIACO-COPTICO-LATINUM

ATQUE

IX tabulae lithographicae textum hieroglyphicum atque signa phonetica scripturae hieroglyphicae exhibentes.

BEROLINI

IN FERD. DUEMMLERI LIBRARIA

MDCCCLI.

INSCRIPTIO ROSETTANA

HIEROGLYPHICA

VEL

Interpretatio decreti Rosettani sacra lingua litterisque sacris veterum Aegyptiorum redactae partis

STUDIO

HENRICI BRUGSCH

DOCTORIS PHILOSOPHIAE SOCIETATUM ORIENTALIS GERMANICAE ET ASIATICAE PARISIENSIS SODALIS

ACCEDUNT

GLOSSARIUM ÆGYPTIACO-COPTICO-LATINUM

ATQUE

IX tabulae lithographicae textum hieroglyphicum atque signa phonetica scripturae hieroglyphicae exhibentes.

BEROLINI

IN FERD. DUEMMLERI LIBRARIA

MDCCCLI.

SERENISSIMO POTENTISSIMO

PRINCIPI MOLDAVIAE

GREGORIO GHYKA

NOBILISSIMO PROTECTORI LITTERARUM

CET. CET. CET.

SACRUM.

Initio fere hujus saeculi maximo viro Napoleone duce quum Francogalli expeditionem in Aegyptum facerent, Rosettae (in oppido hodie Raschid ab Arabibus appellato) non procul a Bolbitico ostio Nili, Bouchardus praefectus militum Francogallicorum dum castellum Sancti Juliani munitionibus firmat, mensi Augusto anni MDCCIC e terra lapidem nigrum ad lucem protraxit, qui hanc fere habuit formam (vid. tab. VIII). Fuit e basanite aegyptiaco, formae cubicae, altitudinis trium pedum atque sex pollicum, longitudinis duarum pedum pollicum decem, pars superior abrupta fragmenti speciem referens, superficies inscriptionibus trinis insignita. Ultimus titulus graecis litteris et graeca lingua redactus quum alia tum reliquarum inscriptionum aegyptiacarum alteram signis hieroglyphicis, enchoricis alteram exaratam esse docet. Magnae spes deinde exstitere, et doctissimi cujusque ingens exspectatio. Interim quum Francogallorum dux Menou cum Anglorum imperatore Hutchinsonio de dedenda urbe Rosetta etiam iis conditionibus pacisci coactus esset, ut monumenta antiqua a Francogallis undique in Aegypto collecta Anglis traderentur, basanites Rosettanus in possessionem Anglorum venit, qui anno hujus saeculi secundo monumentum insigne navi the Egyptienne appellata ad Albion advexerunt. Hodie Londini in museo Brittanico asservatur.

Et inter omnia, quae ad id tempus antiqua Aegypti terra tulit monumenta, lapidem Rosettanum vel inscriptionem triplicem Rosettanam primum locum obtinere una est et consentiens omnium doctorum hominum vox et sententia. Saeculi enim hujus ad initium usque quum cognitio hieroglyphorum, quibus veteres Aegyptii in sacra dialecto scribenda utebantur, densissimis tenebris scateret, ita quidem ut fere omnia, quae antea vel eruditissimi homines summo ingenii acumine explorasse sibi visi sunt, si hodie forte legimus risum vix

tenere possimus: hoc lapide detecto postquam omnium animi ad spem enucleandi tandem istud monstruosum et perplexum per tot saecula quasi involucris involutorum genus signorum arrecti sunt, unus vir Champollio Francogallus exstitit, qui mira sagacitate incredibilique studio adjutus totam hieroglyphorum rationem nulla fere parte relicta luce clarius explanavit et exposuit. Jam nova doctrina in lucem suscepta est, et rebus, quae antiquissimis temporibus actae sunt, hieroglyphis dilucide expressis ad remotissimam omnis culturae originem adscendere licet. Jam sanctissimae deae Isidis velum sublatum est nihilque obstat, quominus nos »magnae matris« dignissimos sacerdotes praebeamus.

Omnes, in quibus de unaquaque trium inscriptionum lapidis Rosettani agitur, libros enumerare quum longum esse putemus, his omissis, quibus docti viri de titulo graeco disputaverunt, vel ubi exemplaria trium titulorum ad fidem lapidis ipsius expressa inveniuntur, sola scripta temporis ordine servato de demotica vel hieroglyphica parte in censum nostrum revocare volumus.

Silvestre de Sacy. Lettre au citoyen Chaptal, Ministre de l'Intérieur, au sujet de l'inscription égyptienne du monument trouvé à Rosette. Paris. 1802, 8°.

Akerblad. Lettre sur l'inscription égyptienne de Rosette, adressée au citoyen Silv. de Sacy. Paris. 1802, 8°.

[Palin]. Analyse de l'inscription en hiéroglyphes du monument trouvé à Rosette. Dresd. 1804, 8°.

An account of the Rosetta stone by order etc. of the society of Antiquaries of London. 1811.

Jac. Bailey. Hieroglyphicorum origo et natura. Cantabrig. 1816. In libro periodico Classical Journal Vol. XVI. No. XXXII. pag. 313 seqq.

v. Schlichtegroll. Ueber die bei Rosette in Aegypten gefundene dreifache Inschrift. Monach. 1818, 4°.

Fr. Giampetri. Sulla inscrizione di Rosetta, lettere al Signore Abb. Enrico Campbell nel Giornale enciclop. di Napoli, Mart. 1820. p. 291 seqq.

Th. Young. Hieroglyphics collected by the Eg. society, Londini. 1823, fol. (Tab. XVI—XXX.)

F. A. G. Spohn. De lingua et literis veterum Aegyptiorum cum permultis tabulis lithographicis literas Aegyptiorum tum vulgari tum sacerdotali ratione scriptas explicantibus atque interpretationem Rosettanae aliarumque inscriptionum et aliquot voluminum papyraceorum in sepulcris repertorum exhibentibus accedunt grammatica et glossarium Aegyptiacam edidit et absolvit G. Seyffarth. Pars prima. Lips. 1825, 4°.

[Palin]. Nouvelles recherches sur l'inscription en lettres sacrées du monument de Rosette. Florent. 1830, 8°.

Th. Young. Rudiments of an Egyptian Dictionary, in the ancient enchorial character. Londin. 1830, 8°.

Fr. Ricardi. Compimento e traduzione della parte greca e geroglifica della pietra di Rosetta. Genov. 1833.

L'abbé comte de Robiano. Études sur l'écriture, les hiéroglyphes et la langue de l'Égypte et sur l'inscription de Rosette, suivies d'un essai sur la langue Punique. Paris 1834, fol. max.

F. Salvolini. Analyse grammaticale raisonnée de différens textes anciens égyptiens. Volume premier, texte hiéroglyphique et démotique de la pierre de Rosette. Avec un volume de planche. Paris. 1836, 4°. (A.)

Champollion le jeune. Grammaire égyptienne, ou principes généraux de l'écriture sacrée égyptienne appliquée à la représentation de la langue parlée. Publiée sur le manuscrit autographe. Paris. 1836, fol. (G.)

J. Lud. Ideler. Hermapion sive rudimenta hieroglyphicae veterum Aegyptiorum literaturae. Partt. duo. Lips. 1841, fol. (H.)

Champollion le jeune. Dictionnaire égyptien en écriture hiéroglyphique; publiée d'après les manuscrits autographes par M. Champollion Figeac. Paris. 1841, fol. (D.)

Idem. Mémoire sur les signes employés par les anciens Égyptiens à la notation des divisions du temps, dans leurs trois systèmes d'écriture. Lu le 18 mars 1831. In libro periodico Mémoires de l'institut royal de France. Tom. XV, pag. 73 seqq. Paris. 1841, 4°. [1])

F. de Saulcy. Analyse grammaticale du texte démotique du décret de Rosette. Tom. prem. Paris. 1845, 4°. (A.Sa.)

R. Lepsius. Ueber die in Philae aufgefundene Republikation des Dekretes von Rosette und die ägyptischen Forschungen des Herrn de Saulcy. (In Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft Tom. I. fasc. III.) 1847. (P.)

Magnus numerus horum scriptorum sine dubio docte et ingeniose confectus est, alia vero pars fere non digna est, quae citetur; quum enim monstruosa usque tum irreperta hieroglyphorum signa maximam fingendi libertatem humanae ingenio dare viderentur, fieri non potuit, quin disquisitionum accurata et subtili ratione institutarum loco docti viri saepius omnem modum excedentes vana ficta darent tanto plus se profecisse arbitrati, quanto mirabiliora auditu in medium protulissent. Quae egometipse in titulis demoticis nec non exaratis

[1]) Cf. etiam litteras viri doctissimi Champollionis Figeac ad Lenormant amicum conscriptas Paris. 1843, 4°. (E.): Écriture démotique Égyptienne, et hujus libellum: Notice sur les manuscrits autographes de Champollion le jeune perdus en l'année 1832, et retrouvés en 1840. Paris 1842, 8°. (M.Ch.)

hieroglyphicis signis perlustrandis de utroque textu aegyptiaco observavi, sparsim in his libris consignata invenies:

S. Scriptura Aegyptiorum demotica ex papyris et inscriptionibus explanata. Berol. 1848, 4°.
N. Numerorum apud veteres Aegyptios demoticorum doctrina, cum V tabulis. Ibid. 1849, 4°.
U. Uebereinstimmung einer hieroglyphischen Inschrift von Philae mit dem griechischen und demotischen Anfangstexte des Denkmals von Rosette. Ibid. 1849, 8°.
R. Die Inschrift von Rosette, nach ihrem ägyptisch-demotischen Texte sprachlich und sachlich erklärt. Theil I: Sammlung demotischer Urkunden mit gleichlautenden hieroglyphischen Texten als nächste Grundlage zur Entzifferung der Inschrift von Rosette, gröfstentheils zum erstenmale veröffentlicht. Mit 10 Kupfertafeln. Ibid. 1850, 4°.
L. De natura et indole linguae popularis Aegyptiorum. Ibid. 1850, 8°.

Inter omnes viros, qui ad id tempus studium suum ad explorandam hieroglyphicam scripturam contulerunt, nemo est, quemadmodum scio, qui totum hieroglyphis exaratum titulum inscriptionis Rosettanae explicatum et illustratum in lucem edidit. Vir illustrissimus Champollio, cui honos perpetuus est et erit conditor et pater hieroglyphicae literaturae appellari, plurimis locis aegyptiae grammatices (G.) exempla e lapide Rosettano desumpta exhibet, quae omnia paullo infra in medium proferamus. Champollionis discipulus Italus Salvolini ad exemplar tituli Rosettani manu praeceptoris delineatum, totam inscriptionem explanatam editurus erat, sed mors prematura auctoris impedivit, quominus intentum opus suis numeris absolveretur. Tredecim enim versuum, quibus inscriptio hieroglyphica constat, duo tantum Salvolini interpretatus est.[1]) Quod ad explicationem meam, quam me summo studio composuisse fateor, primum monere velim, in tabulis operi adjectis me signa sancta hieroglyphica talia reddidisse, qualia in libro meo R. Tab. I delineata conspiciuntur. Sonum singularum hieroglyphorum formularum, quae numerorum ordine collocatorum signis sunt munitae, latinis litteris (ad numerum congruum tabularum respondentibus) simul data versione latinis litteris reddidi, ita quidem ut signa phonetica valoris mere alphabetici (nimirum ad formam hieroglyphici alphabeti tempore Ptolemaeorum in monumentis adhibiti redacta) litteris latinis ipsis, signa autem syllabica iisdem sed uncis ( ) inclusis expressa sint. Hieroglyphorum imagines, quas vel figurative vel tropice vocum ipsarum loco saepis-

---

[1]) Cf. supra A.

sime poni scimus, vocibus congruis ex aliis inscriptionibus notis sequente semper littera F. (figurative) vel T. (tropice) indicabo. Sermo hieroglyphicus quum ad similitudinem semiticarum linguarum vocales litteras saepius rejiciat: eas respectis iisdem radicibus in coptica lingua conservatis mihi ponendas esse putavi. Ubi vero hieroglyphica scriptura vocales retinuit, eas signo productionis Λ munivi. Ad postremum observabo me signa symbolica, quibus voces hieroglyphicae ut accuratius cognoscantur pro cujusque natura determinari solent, unde ea determinativa appelare Champollioni placuit (G. pag. 70 seqq.) quippe quae muta nullis litteris transcribi possint ad indicandum aliquo modo locum, quem in contextu verborum occupant, littera D. designasse. Hactenus de via et ratione, qua textum hieroglyphicum optime transcribi duxi.

Quum mihi magno in recte explicandis signis hieroglyphicis adjumento essent duo alia decreta nomine inscriptionum Philensium pervulgata, quorum alterum simul cum textu demotico atque versione Germanica in libro meo, qui inscribitur: Sammlung demotischer Urkunden (Tab. III et pag. 15 seqq.) publicis juris feci, haud a re esse videtur, quae de illis sentiam huc proferre. Notum est haec decreta formis incisis maxime personarum lacunis corrupta in expeditione borussica in pariete templi Philarum insulae pone posita esse reperta. Altera inscriptio (ea quam edidi) quum prorsus easdem fere sententias atque hieroglyphorum formulas jam prius aspectu praeberet atque Rosettanus lapis, virum clarissimum Lepsium eo duxit, ut crederet illam nihil aliud continere nisi republicationem posteriore tempore factam decreti Rosettani, eo solum discrimine ut in monumento Philensi una cum Ptolemaeo conjux Cleopatra esset appellata. Et hanc quidem sententiam post iter in Aegyptum factum Lepsius scripto P. fusius exposuit et defendit. Nobis autem comparantibus versionem demotici textus Philensis cum trinis inscriptionibus lapidis Rosettani rem paullulum aliter se habere atque vult vir doctissimus mox videbimur. Etenim si decreta multis locis tam similia apparent, de hac re mirari desinamus. Primum enim ordo titulorum quum in utroque decreto et Rosettano et Philensi prorsus idem sit, quamvis alterum anno nono alterum vigesimo primo imperii Ptolemaei Epiphanis redactum sit, hoc potius ex more Aegyptiorum explicandum est, quo decreta et in universum omnes publicae inscriptiones jam antiquissimis temporibus omnibus titulis horificentissimis regis muniebantur (quos nimirum semper eosdem esse oportebat) quam ex mutua

conspiratione inscriptionum. Exempli gratia in mentem revocare velim titulorum tabulam, quam in monumento quodam in Philarum insulo reperto detexi cujusque exemplar in libro supra allato Tab. IV lit. A. delineavi. Haec inscriptio hieroglyphis exarata eo màgis hoc loco citanda est, quod eosdem honores Ptolemaei Epiphanis atque inscriptiones, de quibus agimus, enarravit. Neque minus deinde ad opinionem duo decreta prorsus eadem esse hoc nos ducere potest, quod series sacerdotum atque alia in initio decretorum post titulos Ptolemaei Epiphanis in utraque inscriptione quadrent. Etenim etiam hoc eodem instituto declarandum est, quo decreta publica ab iisdem semper formulis apud Aegyptios quidem, quae est hujus gentis natura et indoles, longissimis et gravissimis incipere debebant. Quod quanta fuerit auctoritate papyri demotice exarati argumento esse possunt, qui eadem initia lege patria praescripta in summa papyro praebere notum est. His igitur initiis missis factis restat, ut accuratius reliquam partem inscriptionis Philensis examinemus. Singulos ordines sacerdotem sicuti in lapide Rosettano postquam inscriptio altera enumeravit, signa hieroglyphica, quae sequuntur, quum lacunis scateant ad textum demoticum recurrentes edocemur sacerdotes reliquisse templa Aegypti superioris et inferioris profectos Memphim ad pone collocandum statuam confectam uxori et sorori ejus (Ptolemaei) in templo Memphidis. Locus Lepsium effugit, in libello enim P. pag. XVIII infra legimus: von den Worten *εἰς Μέμφιν* an wird der Philensische Text lückenhaft und macht die Vergleichung mit Z. 8 des griechischen Textes unsicher; dann folgt wieder wörtlich mit geringen, zum Theil durch den demotischen Text zu ergänzenden Unterbrechungen Z. 9 und Anfang 10 *'Επειδὴ κτα.* Quae Lepsius de lacunis textus hieroglyphici praefatus est, ita sane se habent, quum autem exempli demotici pars respondens edoceat dissimiles hoc loco et inscriptionem Rosettanam et Philensem sententias referre, nonne hoc etiam de textu hieroglyphico contendendum est? Nono enim anno Epiphanem in templum Vulcani Memphide intrasse ad absolvenda caerimonia inaugurationis, qua occasione sacerdotes undique profecti secundum decretum commune imagines et sacellas in templo collocassent, inscriptio Rosettana memoriae tradidit, Philensis hos eosdem honores contigisse uxori regis Cleopatrae anno XXI°. Hac ratione reliqua pars decreti Philensis sine ulla difficultate explicari potest. Honores enim ut digna esset quae haberet quemadmodum Ptolemaeum Epi-

phanem ita etiam Cleopatram beneficiis in vallem Niloticam collocatis bene se meruisse de Aegypto necesse fuit. Atque re vera ut in basanite Rosettano ita in Philensi monumento utriusque beneficia nominata repperiuntur, quarum ea, quae ad Ptolemaeum pertinent, invisis ipsius textus verbis Lepsius justo plus deminuit. Secundum viri doctissimi quaestionem de loco, de quo agimus, institutam, Philis nihil aliud memoratum est nisi Ptolemaeum in templa et sacerdotes beneficia contulisse et omissis singulis rebus ut in Rosettano lapide regem justitiam fecisse ut Mercurium bis magnum. Tum pergens: Dagegen, inquit, werden hier diesen Lobeserhebungen des Ptolemäus noch einige für seine Frau Kleopatra hinzugefügt, welche sich auf Schenkungen an gewisse Tempel beziehen (pag. 19). Jam exemplo demotico monumento Philensis accuratius comparato cum lapide Rosettano omnia verba usque ad finem versus sexti quum in illo affixo tertiae personae singularis numeri masculini generis F, coptice ϥ, muniti sint fieri non potest, quin ad regem Ptolemaeum se referant. Atque revera quum similes dotationes, remissiones, alia in memoriam revocent tum ad similitudinem passuum quorundam basanitis Rosettani anni XIX et IX imperii hujus Ptolemaei dilucide discerni possunt. Cleopatra regina bis tantum nominatur atque altero loco verbo affixo pron. III pers. plur. instructo simul cum marito rege.

Beneficia a diis Epiphanibus in Aegyptios collata postquam vers. V⁰ inscriptionis Rosettanae enumerata sunt, formulae, quae sequuntur, transitum quendam parant ad decretum ipsum:

5	6	7, 8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
ertâ	naf	neter.û	ken	D.	nasʿt	D.	ânsʿ	ûǵa	sneb	her	ût
dederunt	ei	dii	deditionem,		victoriam,		vitam,	valetudinem,	robur,	et	alia

18	19
neb	nofer
omnia	bona

quae verba contextus graecus paullo brevius reddit: *δεδώκασιν αὐτῷ οἱ θεοὶ ὑγίειαν, νίκην, κράτος καὶ τἄλλ᾽ ἀγαθὰ* (vers. XXXV). Vir clarissimus Lepsius recte observat hanc clausulam in Philensi inscriptione denuo esse repetitam ita quidem, ut Cleopatra simul sit inclusa. Attamen addere debemus Philis inter verba: dederunt dii, atque voces in lapide Rosettano statim sequentes: deditionem, victoriam, alia, longiorem passum esse intercalatum, cujus sensus

excepto uno signo demotico arpi: templo neque ex hieroglyphico neque demotico exemplo inscriptionis dilucide apparet. Quae excipiuntur verba lege sancita usque ad formulam ἀγαθῇ τύχῃ luce clariora sunt et in universum cum inscriptione Rosettana consentiunt, quare quid de iis dicam non habeo. Non minus in utraque inscriptione passus, quem post formulam ἀγαθῇ τύχῃ sequi videmus, discrepat, quippe qui sit ad similitudinem formularum more Aegyptiorum institutarum redactus. Hoc autem declaratur honores duorum deorum, ea, qua sacerdotibus Aegypti templorum visum sit ratione, quam maxime esse augendos. In textu demotico utriusque inscriptionis conjunctio NTA, coptice **ⲛ̄ⲧ, ⲛ̄ⲧⲉ,** ut, omnia verba praecedit, quae novam colendi deos statutum indicant. In contextu hieroglyphico loco conjunctionis modo nominatae alia formula hoc idem indicando inservit, quae Philis em tûtû D., in lapide Rosettano em ûtût delineata conspicitur. De vi harum vocum vide glossarium. Qui posthac Philis primus sequitur honos non ad Ptolemaeum, ut quum semper tum hoc loco in lapide Rosettano quippe cui hoc decretum non attingit, sed ad Cleopatram reginam se refert, cujus nomen et hieroglyphicis et demoticis signis exaratum adhuc restat. Itaque formulis demoticis et hieroglyphicis se supplentibus vix in dubitationem vocari potest, quin contextus in hunc fere modum fuerit exaratus: [collocent imaginem] juvenilis reginae Cleopatrae. Lacuna hoc modo expleta neque spatium viduum neque totus contextus verborum offendi videre mihi videor. Post nomen Cleopatrae verba sequuntur: sororis et uxoris filii solis Ptolemaei dei Epiphanis quae hieroglyphicis characteribus clara sunt et in demotica parte verbis: in templis Ae[gypti] excipiuntur. Nunc in duabis partibus major lacuna contextum interrumpit, quare paullo est accuratius perlustranda. Et proxima quidem figura hieroglyphica quum hominis euntis et baculum altera manu tenentis imaginem referat, quae saepius et in Rosettano monumento et Philensi decreto verbum s̕ont determinando inservit, totum facillume ita est intelligendum: ut [constituatur imago reginae Cleopatrae in omnibus templis ubi est] imago Ptolemaei, cujus nomen dilucide omnibus titulis honorificentissimis additis in textu et hieroglyphico nec non demotico legitur. Quae sequebantur nunc in hieroglyphis abrupta et abscisa sunt, demotice exstant haec: âû pe tût i. e. et imago. Jam si progredimur omnia abscisa inveniemus, attamen demotica versione nec non ceteris exemplis lapidis Rosettani adjuti

summa cum facilitate summaque cum fide sensum ita restituere possumus: et statua dei principis dat ei telum (demotice s̕ops̕ appellatum) victoriae, cujus postrema verba Philis hieroglyphice redduntur eodem modo erṭâ nof s̕ops̕. Jam quae sit opinio viri eruditissimi atque doctissimi Lepsii de hoc universo sexto versu hieroglyphici exempli si quaerimus, is disputans de loco die darauf, inquit, folgende Bestimmung, dafs dem Epiphanes in jedem Tempel eine Darstellung gewidmet werden soll, in welcher der Hauptgott des Tempels dem Könige die Siegeswaffe darreicht, folgt. auch in Philae; doch werden hier noch zwei andere, wegen der Zerstückelung nicht zu erkennende Bestimmungen hinzugefügt, welche beide die Kleopatra betreffen, und ähnlichen Inhaltes sein müssen, weil sogleich auch wie in der Inschrift von Rosette hinzugefügt wird: dafs auch die andern Gebräuche, welche den übrigen Göttern in den Panegyrien gebühren, bei diesen Bildern erfüllt werden sollen. Haec fere sunt opinante Lepsio, quae unus versus et dimidius hieroglyphici exempli amplectitur, quorum nos vix unam lineam examinavimus. Lepsius igitur quum ignorasse videatur non esse Ptolemaeum sed Cleopatram, quare etiam prior citatur, cui honos decreti fuerit, non mirum est quod eandem rem de constituenda imagine Ptolemaeo regi, qui tantum obiter nominatur, atque in lapide Rosettano legi putat. Quodsi deinde argumentum acuratissimae conspirationis monumenti Philensis cum basanite Rosettano ducit, quum arma victricia in utraque inscriptione memorentur: nos fine versus sexti respecto docemur hunc eundem locum cum alio paulo infra memorando loco argumento gravissimo esse contra conspirationem duorum monumentorum. Res enim ita se habet. Extrema linea quum exhibeat verba ut est statutum secundum decretum factum a sacerdotibus in domibus veritatis (anno IX), quocum congruit formula occurrens in medio versu XIII exempli demotici nec non tituli hieroglyphici parte congrua (ut constitutum est secundum decretum factum a sacerdotibus) anno IX: facere non possumus quin ponamus hos solos locos, qui praecedunt formulas modo nominatas, desumptos esse ex inscriptione Rosettana. Ita explicatur res aliter offendens decretum ad Cleopatram reginam pertinens de armis et insigni regis Ptolemaei loqui.

Jam in comparandis duobus titulis non amplius progrediamur, quum per se pateat, unde consensus accuratissimus multis locis sit explicandus. Tantum

enim abest, ut ex conspiratione formularum et sententiarum in duobus monumentis ejusdem temporis illa eadem esse credamus, ut vel antiquissimis temporibus similes, saepius eaedem formulae decretorum lege sancitae repperiantur, unde, mehercle! nemo illa monumenta eadem esse concludere sibi videatur. Exempli gratia decretum quoddam sedis regiae parte aversa incisum et in museo Taurinensi asservato citabo, de quo Champollio in prioribus litteris ad ducem a Blacas scriptis fusius disputavit. [1])

Jam finitis, quae de priore inscriptione Philensi binis titulis exarata praefatus sum restat, ut pauca de altera dicam, cujus exemplar accuratissimum de ipsa pariete templi papyro chartacea impressum quum Parisiis versarer quamvis minus altera accurate inspicere mihi licuit. Primum adnotandum est decretum (tale enim est) honori eidem Ptolemaeo atque eidem Cleopatrae diis Epiphanibus esse redactum neque scio an aliis honoribus quam in prioribus inscriptionibus sint affecti. Et sacerdotum quidem ordines (quamvis alia sint nomina singulorum sacerdotum) aeque atque in decretis antea disputatis repetuntur, quos se contulisse ad arcem Alexandri i. e. Alexandriam (sebtî en Aleksantros) memoriae traditur. Tum docet monumentum deos Epiphanes multa beneficia in Aegyptum cumulasse, justitiam ut deum Thoth exercuisse in Aegyptios, deum Epiphanem ad condienda sacra animalia quae necesse essent dedisse, alia, quae ad postremum formula: placuit sacerdotibus honorem omnium Ptolemaeorum magnifice augere excipit. Postea de imagine, de sacellis,

---

[1]) Champollion, Lettres au Duc de Blacas I, pag. 53 seqq. »Ces deux monumens ont un même objet; les divisions générales des textes sont pareilles, et les principaux articles de l'un se retrouvent, et précisément selon le même ordre, dans l'autre. Je rencontre donc, dans le musée de Turin, un modèle très-antique de ces décrets rendus pour consacrer et conserver la mémoire de la piété des rois, et celle de leurs bienfaits envers la nation égyptienne. Ce fait curieux démontre en même temps que le culte et le sacerdoce des rois est beaucoup plus ancien en Égypte que l'arrivée d'Alexandre, et qu'en cela comme dans presque toutes les formes du culte et du gouvernement, dans les coutumes et même dans les formules de simple étiquette, les rois Grecs d'Égypte n'innovèrent rien, et s'efforcèrent de suivre, le plus qu'il leur fut possible, les usages de l'antique monarchie, qu'une longue série de siècles avait irrévocablement sanctionnés.« Cf. praeterea H. pag. 94. nec non quae Jomardus in maximo opere: Description de l'Égypte, Antiq. Descr. Vol. II sub titulo Description des antiquités de la ville et de la province du Kaire pag. 10, atque Peyronus in tom. XXXIV libri periodici: Memorie della R. Accademia di Torino (Class. di Sc. Mor. Stor. e Fil.) pag. I seqq. de aliis lapidibus inscriptioni Rosettanae prorsus similibus adnotavere.

de armis victriciis agitur nec non de festis et solennibus celebrandis. Interdum etiam duo temporis indicationes (an annus IX et XXI?) leguntur et ad postremum hoc decretum litteris linguae sanctae, vulgaris, graecae exaratum esse monetur. Hactenus de Philensibus decretis.

TITULUS HIEROGLYPHICUS

INSCRIPTIONIS ROSETTANAE TREDECIM

versus amplectens, latinis litteris transcriptus, versione latina ad verbum facta instructus, iis denique formulis additis, quae Champollio et Salvolini in scriptis suis (G. et A.) jam antea tractavere. [1])

LINEA I.

10 9 8 6 7 4 5 3 2 1

sen hâT. em (un)en.û mas̔â.ûF. D. g′et [â]sek — —

eorum (domibus) in (qui) fuerunt milites .. ... ecce etiam (?)

. . . . [G et A.

18 17 15 14 16 13 12 11

— — ...... harT. [sba.û?] D. tos̔.û sen D. setem

templa divina [violantes] in regiones incederunt

. . . . [G et A.

LINEA II.

9 8 7 6 5 4 3 2 1

ter ma ra.û (s̔as̔a) D. totoT. er f (sa)ten hontT. — —

vestibus a (etiam) pariter duobus mundis in sua regia sanctitas (liberavit)

. . . . [G et A.

20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10

s̔ar hâ.û-mâ em hâ.tT. (sa)tenT. er ertâ D. pāχ en D.

domibus veritatis i. e. templis a domo regiae τῇ datis bysso e

. . . . [G et A.

35 34 33 32 31 30 29 28 27 26 25 23 24 21 22

sen en D. ter D. D. mnî D. (sat) âh D. (har).û ma.û

illis vestes constituta et dies

. . . . [G et A.

---

[1]) Omnes partes tituli, de quibus neque Champollio neque Salvolini quidquam statuerunt, punctis iteratis indicavi, lineolis usus sum ad indicandos eos locos, quos Champollio in libro C in exemplis prolatis de industria omisisse videtur.

11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 **LINEA III.**

D. ân..â sen (ar) er hrû - em (śuu) nebT. katF. ..ûî — —

.... eos dando in praeterea gubernatoris domini sacellum

. . . . [G et A.

24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12

nef - ertâ nebT. D. t[er] em sen mâ.ûT. hâ D. âk f htîT.

dedit omne tempus per eorum sanctis (rebus) pro ivit ejus cor

. . . . [G et A.

36 35 34 33 32 31 30 29 28 27 26 25

ût - (ûr) sen ǵe (?) merhT. .... er sen - D - ǵar nebT. (ût)T.

magna eorum corpus condiendum ad indigebant (quibus) omnia alia

. . . . [G et A.

46 45 44 43 42 41 40 39 38 37

— — hâF. - neterT. âû ..sen heptT. nef - D - te ût - ..r

domum divinam et illis divitias dedit magnifica

. . . . [G et A.

11 10 9 8 7 5 6 4 3 2 1 **LINEA IV.**

âś (śa) nebT. (ût)T. her (ur).ûT. D. hâ D. hatT. — —

multitudinem secundum omnia alia et multa frumentum argentum

SCHiSCH NEB KHET HRA ôER.U BOTI HO HAT [A.

col- omnia alia et magna frumentum et argentum

. . . . [G.

22 21 20 19 18a 18 17 16 15 14 13 12

ân ..... se âh (ânś)T. (Hapî) entî sanś D. hâF. er sen

per splendida facta est et viventis Apidis τοῦ nutrimenti domo pro eorum

EN (MNE) HO ôNKH HAP NTE SANSCH THI ERO SEN [A.

per Mnevidis et viventis Apidis τοῦ victus domo pro lata

. . . . [G.

32 31 30 29 28 27 26 25 24 23

(nûî)T. D. mâ en menśT. D. (ka)t em f hontT.

bonitate (et) pulchritudine in confecta (aedificiorum) exstructione suam sanctitatem

NOFRE ANME .... KOT M TEF - OUAAB [A.

bonos lapides pretiosos .... constructione suam sanctitatem

. . . . [G.

44 43 42 41 40 39 38 37 36 35 34 33

nef D. sâs er (Hapî) nef (śâ) se mâT. hebsT. em se

illi erigendo τῷ Apidem fuit illustrem faciens pretiosis velaminibus illa

NAF - SôSI - R HAP NAF - SCHA - S MA SEM [A.

fecit erigere Apidem fecit celebrare sacras vestes

. . . . [G.

53 54 51 50 49 52 47 48 45

— — χû...ûT. D. D. s̊tem.ûT. D. hâ.ûT. - neterT.

altaria adyta domos divinas

SCHOUI SCHTAM ...... [A.

altaria cellas templa

. . . . [G.

8 7 6 5 4 3 2 1 **LINEA V.**

(neter)îT.ûT. (neter)T.ûT. nef ertâ (tet)T. .... âs.îû .... — —

deae (et) dii ei dederunt imitantes venerabiles

TERÎ TER NAF RTE . . . . [A.

deae dii ei dant . . . .

. . . . [G.

. . . .

19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9

nefer)T. nebT. (ût)T. her sneb ûg̀a âns̊ D. na(s̊t) D. ken

bona omnia alia et robur valetudinem vitam victoriam ditionem

NOFRE NIBEN KHET HRA MEN - S ôNKH NASCHSCHT GNE [A.

bona omnia alia et stabilem vitam victoriam κράτος

ⲛⲟϥⲣ ⲛⲓⲃ ϫⲉⲧ ϩⲣⲁ ⲥⲱⲛⲛ ⲟⲛϧ ⲛⲁϣϣⲧ ϭⲛⲉ [G.

[1]) ἀγαθὰ πάντα τ' ἀλλὰ καὶ ὑγιείαν νίκην κράτος

30 29 27 28 26 25 24 23 22 21 20

f χer (tat)T. - ût (ur).t f âûT. er sen (s̊u)T. er

eum apud maneat magna ejus potestas ut sua magnitudine in

HARO-F TAT-OUT OER-T TEF - EAOU R SEN - HA - R [A.

ei firma sit reddita suprema ejus potestas ut eorum gratia [2])

ϩⲁⲣⲟϥ ⲧⲧⲏⲟⲩⲧ ⲧⲱⲏⲣ ⲧⲉϥⲉⲟⲟⲩ . . . . [G.

en lui étant établi principale son titre . . . .

43 42 41 40 39 38 37 36 35 34 33 32 31

se D. âk (nefer)T. D. hoptT. âh g̀eten f ûT. D. (χr)ot âh

ivit bona fortuna atq. semper ejus liberos et

S-RAT-AHE NOFRE HOPT HO DJTN MISEU-F POT HO [A.

(illa) posuit bona fortuna et in aeternum liberorum ejus germini et

. . . . (ⲛ̄ⲉⲛⲉϩ) ⲛⲛⲉϥⲥⲓ ⲡⲣⲱⲧ ⲟⲩⲟϩ [G.

. . . . [3]) pour toujours de ses fils la race (en) et

---

[1]) G. pag. 524 no. 3. formulae 16—19 repetuntur pag. 315 no. 2, quas Champollio hoc loco interpretatur ϩⲣⲉ ϫⲉⲧ ⲛⲓⲃ ⲛⲟϥⲣⲉ, et tous les autres biens.

[2]) C'est-à-dire à cause des bienfaits du roi dont il est parlé dans la ligne précédente. Salvolini, A. p. 209 ad (H. II. 12).

[3]) G. pag. 515 no. 4. Idem versus occurrit pag. 470 no. 2, eo discrimine quod form.

51	50	49	48	47	46	45	44	
hetT.	sâT.	(arpi.u)T.	nâ	âb.ûT.	en	htîT.	em	
(Aegypti) inferioris (et)	superioris	templorum	τῶν	sacerdotum	τῶν	cor	in	
	MHT	HB	NA	OUB	N	HET	M	[A.
(Aegypti)	superioris (et)	inferioris	τῶν	sacerdotum	τῶν	corde	in	
[1]) ⲧⲥⲁⲛⲉⲙϩⲓⲧ		ⲧⲥⲁⲣⲏⲥ	ⲛⲁ	ⲛⲉⲟⲩⲏⲃ	ⲛ̄	. . . .		[G.
la partie septentrionale (et)		la partie méridionale	appartenant à	prêtres	aux	. . . .		

54	53	52	
— — sen	[âsˊ]	(sˊâ)	
eorum	multitudinem	secundum	
. . . .	. . . .	. . . .	[G et A.

LINEA VI.

9a	9	8	7 6 5	4	3	2	1	
D.	tût	en	ûT. - D. - gˊnef	(sont)T.	(neter)T.B.	her	sen	— —
	patrum	τῶν	genitorum	Soterum	deorum	et	illos	
	TôT	N	DJONF	SONT	TER TER	HR	SEN	[A.
	genitorum	τῶν	patrum	servatorum	deorum	et	illos	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	[G.

	19	18	17	16 15	14 13	12	11	10	
	(het)T.	(sa)tenT.	en	D. (sˊen)t	D. se(ah)â	ûtût	em	sen	
(regis Aegypti)	inferioris (et)	superioris	τοῦ	imago	collocetur (ut)	legem	per	eorum	
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	TENT	SKA	OUôT -	M	SEN	[A.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	imaginem	facere ponere	pariter		eorum	
	ⲡⲥⲟⲩⲧⲛ̄		ⲛ̄	ⲟⲩⲉⲧⲱⲛⲧⲛ̄	ⲥⲕⲱ	. . . .	. . . .	. . . .	[G.
	roi		du	une image	on érigera	. . . .	. . . .	. . . .	

29	28	27 26	25	24	23	22	21	20	
(nefer).ûT.	nebT.	D. (her)	(neter)T.	((mer)î	Ptah	gˊeten	(ânsˊ)T.	Ptûlmîs)	
(ut) bonorum	domini	manifesti	dei	amati	a Ptah	semper	viventis	Ptolemaei	
—	—	— —	—	—	—	—	—	—	[G.

---

27 — 28: ..... ⲏⲟⲩⲧ, étant stable, atque form. 32 — 35 ⲛⲛⲉϥⲙⲓⲥⲓ et 29 — 30 auprès de lui vertit. Tertio loco invenitur pag. 523, ubi Champollio formulam 31 ah ϩⲱ, ainsi que reddit; ibidem formulas 32 — 35 ⲛⲉϥⲥⲓϣⲏⲣⲉ, les enfants, transcripsit. Pag. 429 no. 2 denique totus locus repetitur, sed formulae 27 — 28 verbo coptico ⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩⲧ expressae sunt.

[1]) G. pag. 192 no. 1, quem locum hierogrammateus Francogallus ita intelligit: aux prêtres de la haute et de la basse Égypte. Ceterum moneo Champollionem nec non Salvolini mirum in modum errasse quod hieroglyphicum signum bis repetitum 49 Aegyptum superiorem ut Champollio, vel inferiorem ut Salvolini indicare putaverunt. Refutavi hanc opinionem paucis verbis in libro meo R. pag. 8.

38 37 36 35 34 33 32 31 30
D. ûg'T. (sont)T. (Ptûlmìs) f ranT. ût - D. - kâ
terrae Ug' ultor Ptolemaeus ejus nomen appelletur
[1]) кнме псnт(п)па [1]) Птоλмаıс пеqpап ҳнотт
l'Égypte le soutien des choses concernant Ptolémée son nom sera dit

42 41 40 39
— — (Ptûlmìs) pû f (sʿâ)
Ptolemaeus is qui videtur

LINEA VII.

9 8 7 6 5 4 3 2 1
D. (sʿen)t ....s f ranT. hâ nebT. kahiT. haT. — —
imaginibus ministeria faciant suo nomine in totius terrae domus
тп̄тωп шмше . . . . (пеотннв)
images serviront . . . . (les prêtres

24 23 22 21 20 19 17 18 16 15 14 13 12 11 10
to? em ..... ertâ (ar) âh D. (har) χar-em III D. sep em âpen
penes cultum divinum dare faciant et diem per tribus vicibus in his
. . . . [3]) ϩрот ϩп̄ (п̄ соп шомпт) м апп̄
. . . . jour par trois fois ces

37 36 35 34 33 32 31 30 29 28 27 26 25
en (ar) (sʿâ) sen D. (ka)T. en D. tût ..k sen (ar)er sen
τοῖς fiunt sicuti eis colendis in constituta caerimonia perficiant eis
п еıре ше . . . .
aux on fait comme . . . .

46 47 45 44 42 43 41 40 38 39
kahi.ûT. hâ.û-mâ nâ (hbì)T.ûT. em .... (neter)T.ûT.
terrarum domorum veritatis quae τῶν panegyribus in terrae canalium diis
м̄пкаϩ рпнте па пеϩваı ϩм̄ п̄ткаı петнр
de l'Égypte temples des les panégyries dans du pays dieux

60 59 58 57 56 55 54 53 52 51 50 49 48
em f ranT. em D. (har) âì âh (sʿâ) en D. (har) her
per ejus nomine in dies fiat etiam festi τοῦ die et
. . [5]) пеq рап ϩм̄ пϩоот аı ϩω [4]) ша п̄ ϩоот ϩра
. . . son nom en le jour célébrer et fête de au jour et

---

[1]) G. pag. 429 no. 3. Cf. etiam pag. 199 no. 2. [2]) G. pag. 277 no. 1. [3]) G. pag. 507 no. 1.

[4]) G. pag. 524 no. 1. Locus inde a verbo ше usque ad vocem пеϩвaı pag. 479 no. 3 (ubi pro Lign. 9 lege Lign. 7) repetitus est. Pro ткаı ткоı scriptum.

[5]) G. pag. 523 no. 3.

68 67 66 65 64 63 62 61
— — (Ptûlm....) (het)T. (sa)tenT. en (s̓u) D. (mas)es ûtût
Ptolemaei regis Aegypti τοῦ gubernator filius (ut) . statutum

12 9—11 8 7 6 5 4 3 2 1 **LINEA VIII.**
em knes̓ anerT. (naa) em (mah) (nub) (g̓am) em (âs) — —
in ? ? lapide duro e refertum auro puro in venerabilem

27 28 26 25 24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 13 14
katT.ûT. her (sar) D. ba em ... f ranT. hâ neb kahiT. hâT. râ.ûT.
aediculis cum sancta cella in ... ejus nomine in totius terrae domus portis

38 39 36 37 34 35 33 32 31 30 29
(ur).ûT. hbîT.ûT. D. (har) f - ar ar .... (neter).ûT. nâ
magnarum panegyrium dies est est terrarum canalium deorum quae τῶν

50 49 48 47 46 45 44 43 42 41 40
f hâ (sa) - er (âs) f kebhT. hâ.tT. em (neter.)T. harT.
suo die in venerabili sua cella in deus (quo) conspicitur
. . . . [1]) ⲡⲉϥⲙⲁⲛⲕⲉϩ (ϩ)ⲙ̄ ⲡⲑⲏⲣ ⲉϥⲙ̄
. . . . son sanctuaire dans le dieu étant

60 59 58 57 56 55 54 53 52 51
(neter)T. en (âs) katF. (s̓â) se ûtût em sen - (g̓a)
dei τοῦ venerabilis aediculae visio fiat (ut) statutum per ducentes
ⲡⲛⲧⲣ · ⲛ̄ ⲡⲧⲟⲩⲱⲧ . . . . . . ⲥϣⲁ ⲙ̄ⲟⲩⲧⲟⲩⲧ . . . . .
dieu du la statue [2]) (et) la chapelle qu'on fasse sortir en fête pareillement . . . . .

72 71 70 69 68 67 66 65 64 63 62 61
katF. ût . D. kâ ertâ er sen her (nefer).ûT. nebT. D. (her)
aedicula distinguatur (ut) dandum ad iis cum bonorum domini manifesti
ϭⲉⲉⲧ . . . . ⲧⲁⲣⲉ ⲉⲓⲣⲉ . . . . [3]) ϩⲣ
chapelle soit distinguée afin que . . . . Épiphane

76 75 74 73
— — D. ter em ten
tempus in haec
. . . . . [4]) ⲧⲛ̄ⲧⲁⲓ
. . . . . . cette

---

[1]) G. pag. 451 no. 4.
[2]) G. pag. 519 no. 1.
[3]) G. pag. 199 no. 1.
[4]) G. pag. 429 no. 4.

9 8 7 6 5 4 3 2 1 **LINEA IX.**

(ur)er en tentenT. em ten katF. (kâ)T. hâ (nub) — —
insignium τῶν similitudinem ad hanc aediculam supra (in) auri
ⲟⲩⲣⲱ (ⲛ̄) . . . .
les couronnes . . . .

21 20 19 18 17 16 14 15 13 12 11 10

ra.û htiT.-(her) em ssᶜenF. âû katF.ûT. (kâ)T. hâ (un) D.
medio in diadema sit aediculas supra (in) (quae) sunt regum
. . . . [1]) ⲡⲉϭⲉⲧ ϩⲓϫⲱ ⲟⲩⲟⲛ ⲡⲉⲱⲣⲣ
. . . . les chapelles portatives sur étant ornées d'aspice

33 32 31 30 29 28 27 26 25 24 23 22

em Ptah hâF. em f-g'a f harT. hontT. D. psit g'er-enti
quum Ptah (dei) domum in intrans sua divina sanctitas fulgebat (eo) quod

46 45 44 43 42 41 40 39 38 37 36 35 34

D. hâT.-(neter)T. er D. (sa)tenT. D. bes en D. âk nef (ar) se
templum in regem ire τοῦ caerimonium illi dare factum sit
ⲡⲣⲡⲉ ⲗ . . . .
temple au . . . .

57 56 55 54 53 52 51 50 49 48 47

mâ em ertâ ûtût em (ur).t f auT. nef (g'ep) sᶜaft
loco in detur (ut) statutum per magnam suam potestatem acciperet quum
. . . . [2]) ⲱⲏⲣⲓ ⲡⲉϥⲉⲱⲟⲩ ⲡⲁϥϭⲓ ϣϥⲧ
. . . . principale son titre il prit lorsqu'

70 69 68 67 65 66 64 63 62 61 60 59 58

D. â(k).T. em âpen ....û (sa) em enti (hapi).t en D. (her)
medio in has coronas? circa quod tetragoni τοῦ superiori

73 72 71

— — pen ssᶜenF. en
hujus diadematis τοῦ

12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 **LINEA X.**

neb.....T. neb.....T. pû f (sᶜa) (ab) se ? ? tâ hâ (het) — —
dominus diadematum hic apparet ornata in

---

[1]) G. pag. 337 no. 3. Locus denuo legitur pag. 314 no. 2, ubi form. 9—10 Champollio solum ⲱⲣⲣⲉ, les couronnes, transcripsit atque form. 13 alio signo hieroglyphico exprimit, quod ⲕⲉ chacun, chacune, interpretatus est.

[2]) G. pag. 277 no. 2.

23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13

s̀a abotT.IV (un) (g̀ar)-enti D. hetT. D. saT. D. (ug̀) se

(Aegyptum)

inundationis tempestatis mensis IV[ti] est quod inferiorem (et) superiorem illustrem (qui) fecit

ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ⲟⲩⲟⲛ . . . .

de Mésoris étant . . . .

34 33 32 31 30 29 28 27 26 25 24

t-(tet)T. g̀eten (âns̀)T. (nefer)T. (neter)T. (mes) D. (har) (ark)T. harT.

constitutus semper viventis boni dei natalitius dies ultimus dies

ⲉⲧ-ⲧⲧ (ⲛⲉⲛⲉϩ) ⲱⲛϧ ⲛⲁⲁ ⲛⲛⲧⲣ ⲙⲓⲥⲉ ϩⲟⲩ ⲗ ⲥⲟⲩ

